

12

D E
P R I V A T I S E T P U -
B L I C I S D E L I C T I S

D I S P U T A T I O T E R T I A,
D E E X T R A O R D I N A R I I S C R I M I N I B V S .

Q V A M,

D . D . D . & D .

S U B P R A E S I D I O

Viri Clarissimi & Consultissimi

D N . S I G I S M U N D I *Glach /*
J . U . D . E T U N I V E R S I T A T I S A R G E N T I -
nensis P . P . p . t . R e c t o r i s M a g n i f i c i , D n . P r a e c e p t o r i s ,
P a t r o n i a c P r o m o t o r i s s u i s u m m i s s e c o l e n d i ,

Discutiendam publicè proponit

P H I L I P P U S *Schütz /* H E I L B R O N N E N S I S .

In Auditorio novo, Horâ consuetâ.

Die 4. Aprilis.

Reorum accusationes institutæ fuerunt olim juvenibus ad animorum
egregiam contentionem, ut quemadmodum generosi canes naturæ in-
stinctu visas feras statim aggrediuntur: sic & juvenes Romæ in cives
improbos impetum egregium pro salute Reip. conciperent,
Plut. in vita Lucul. in pr.

✻ (:) ✻

A R G E N T O R A T I ,

T y p i s P A U L I L E D E R T Z .

A n n o M . D C . X X V I I I .



non tamen veniant ex LL. publicorum iudiciorum, hoc est, nulla lege constitutum sit, ut publica eo nomine accusatio esset & omnibus pateret, l. 3. pr. & §. 2. de pravar. Cuiac. 8. obs. 33. Coll. Arg. d. th. 2. Et quidem omnis generis delicta, quæ nulla certa lege vindicantur, extra ordinem coerceri solent, l. 6. J. pen. h. t. Gilhaus. arb. jud. crim. c. 2. tit. 36. num. 1. videl. pro modo delicti & circumstantiarum, ex arbitrio iudicis, qui tamen modum excedere non debet, l. fin. h. t. l. 13. de pœn. nec ad pœnam capitalem (nisi ex causa gravissima, ut fit in l. 1. §. 2. h. t.) pervenire, l. 1. de fur. baln. l. 1. §. 2. in fin. de effract. sed plerunque temporali relegatione aut fustigatione sive mulctâ erit contentus, exem. l. 1. 4. 6. 7. h. t. Wesenb. in parat. h. t. in fin. Legitimam autem pœnam hæc crimina non habent, sed vel arbitraria vel consuetudinariam. l. 3. §. pœnam. ff. stellion. Quam autem pœnam indicere possit Iudex, qui arbitrium in vindicandis his criminibus habet, latè explicat Menoch. lib. 1. de arb. jud. quæst. 9. 85. 86. 87. & 88.

Diff. &
conv. extr.
crim. pub.
& priv.

2. Hæc extraordinaria crimina (quæ ab actione, sive accusatione potius extra ordinem instituta ita appellantur, ut dict. in th. sup. quod & Coll. Arg. h. t. th. 1. probat.) à privatis delictis differunt & publicis accedunt in eo, quod cum inscriptione exercentur, l. fi. de priv. del. l. fi. de furt. item in eo, quod non interveniat Procurator tam à parte actoris quam rei, nisi illustis persona agat vel conveniatur, l. fi. C. de iniur. §. 10. l. eod. A publicis differunt, conveniunt cum privatis in eo, quod dentur ei soli, cuius interest, l. 3. §. 8. 9. 10. l. 6. de sep. viol. non cuivis ex populo, l. 3. ff. h. t. l. 2. de concuss. l. 2. de abig. ut publica, §. 1. l. de pub. jud. item in eo, quod desistens ab accusatione non incidat in SC. Turp. sed calumniatores extra ordinem puniantur, l. 3. & 4. §. 1. ad SC. Turp. l. 1. C. eod. l. 5. C. de calumn. l. 2. C. de his qui acc. non poss. Ab utrisque differunt, quod extra ordinem solennem & legitimum exercentur, l. ult. de iniur. d. l. ult. de priv. del. d. l. ult. de furt. Cuiac. in π. h. t. & d. obs. 33. Gothofr. in not. ad rubr. h. t. vide de his differentiis latius Cuiac. d. obs. 33. ubi, quæ veræ, quæ itidem sint falsæ dictorum criminum differentiæ, sufficienter exponit. Hominè tamen pleræque inter publica & extraordinaria criminalia iudicia differentiæ in usu esse desierunt, Coll. Arg. h. t. d. th. 2. in fin.

Divido

3. Divido crimina extraordinaria I. quod VEL eorum nomine nullæ sint ordinariæ actiones vel publica iudicia prodita, exemplo tit. expil. hered. & al. quæ vid. apud. Boc. d. disp. 9. th. 3. & seqq. VEL eorum nomine, præter accusationem extraordinariam, actione civili aut iudicio publico ad pœnam agi possit, exemplo l. ult. ff. de priv. del. l. ult. de furt. l. 6. §. 1. h. t. vid. Boc. d. disp. 9. th. 2. 23. & seqq. Coll. Arg. h. t. th. 3. II. in Popularia & non Popularia. Popularia, ut sepulchri violatio, l. 3. pr. & §. ult. de sep. viol. Coll. Arg. de pop. act. th. 5. Termini motio, l. 3. pr. de term. mo. Coll. Arg. jam d. lo. Non popularia, ut Concussio, Abigearus, Prævaricatio, Receptatio facinerosorum, Furta composita, ut nocturnum, balnearium, expilata hereditatis, collegii illiciti coitio, stellionatus &c. de quib. plura in seqq. specialiter.

1. Divisio.

2. Divisio.

4. Prius de non popularibus in præsentiarum agam, deinde de popularibus quoque. Illorum species (i) est Concussio, quæ idè inter crimina extraordinaria refertur, quia publicum non est, nisi qualitas quædam accedat, propter quam dicatur ad L. publicorum iudiciorum pertinere, Duar. in comm. ff. h. t. per l. 2. eod. vid. inf. th. 11. Est pecuniæ vel rei cuiuscunque, per terrorem, prætextu juris alicuius vel potestatis exigendi, injectum, extorsio, l. 1. ff. h. t. ibiq. Goth. ad rubr. Nov. 24. c. 2. l. 11. C. de his quæ vi. met. caus. Prosp. Farinac. de var. & div. crim. quæst. 111. num. 39. & seqq. Vult. in Iurispr. Rom. lib. 1. c. 48. pag. (mihi) 197. Althus. in dicaeol. lib. 1. c. 113. n. 85. Duar. in comm. & Cuiac. in parat. ff. h. t. Donell. 15. comm. 39. Coll. Arg. tit. de concuss. th. 1. Concutere enim est timorem alicui incutere, metuque potestatis publicæ nostræ vel alienæ, vel iudicii futuri, illicitè injecto aliquid extorquere, Gl. in l. 1. in verb. ablatum. & ibi Bart. ff. h. t. Wesenb. in parat. ff. h. t. pr. Cic. 4. Tusc. vocat metum concutientem, ut si pecunia detur aut accipiatur, ut ab accusatione desistatur, l. 1. §. pen. ff. de calumn.

Non pop.
i. spec.
Concussio

Concussio
quid?

Concutere
quid?

5. VARIIS autem MODIS hoc crimen COMMITTITUR. In iure nostro plura ejusdem occurrunt exempla, VELUTI cum ipsi Magistratus potestate suâ abutuntur, & sub specie justî imperii illicitas exactiones exercent. Nec interest, civilis sit Magistratus, an militaris,

Species cõ
cussionis
variæ.

L 2

taris,